





20.

DISSE<sup>T</sup>RATI<sup>O</sup> 1734, 24<sup>a</sup>  
DE

S T V P R O  
IN MENT<sup>E</sup> CAPTAM  
COMMISSO

QVAM

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS  
LIPSIENSIS CONSENSV

PUBLICO ERVDITORVM EXAMINI

S I S T I T

D. CHRISTIANVS GOTTOFREDVS  
SCHMIDIUS

R E S P O N D E N T E

H E N R I C O *Gebrecht Steinbach,*  
MARTISBURG. MISN.

---

LIPSIAE D. IV. MAII MDCC XXXIV.

EX OFFICINA LANGENHEMIANA.

DRAZETATIS  
DE  
S.T.A.P.R.O  
IN MENTE CAPTATI  
COMMISSO

ILLUSTRIS IACOBIVM ORDINIS  
LESSENSIS CONSILIA  
PAPICO GRADUORVM EXAMEN  
SISTIT

D CHRISTIANUS GOTTFREDUS  
SCHEMIAS

A STATIONATIS  
HENRICVS GERM. ET FRANC.

MONTENEGRINUS  
LIBERTE S. IN HAB. MDCCLXVII

EX ORIGINI LANCERIMONIA



## SYLLABVS DISSERTATIONIS.

- §. I. *Methodus tractationis dicitur. Ad affinia potiora mentis captioni referuntur 1) nimius atque immodicus amor, 2) ebrietas, 3) dormientes.*
- §. II. *Describitur Amor. Nimius atque immodicus, qui species mentis captionis seu furoris.*
- §. III. *Nimio atque immodico amore amans, qui stuprat mente captam, ordinaria poena non est plectendus.*
- §. IV. *Poco amatorio dato interdum ad amorem fleclere allaborant. Quae pocula apud ICtos et Medicos nota.*
- §. V. *Qualis poena locum habeat in philtrum porrigente? Quae iure Ciuali et Saxonico veteri dura.*
- §. VI. *Quae philtri poena a ICtis ex aequitate attemperata.*
- §. VII. *Nec non in eo, qui magicis artibus incantatus et stimulatus cum mente capta rem habet.*
- §. VIII. *Quid si vero quis conciliandi amoris ergo puellae poculum amatorium propinauerit, et ex hoc puella cognita in dementiam inciderit, an ex nostra Constitutione plectendus?*
- §. IX. II. *Ad ebrietatem fit transgressio, quae species quasi furoris. Virum ebrius, stuprans mente captam, ut furiosus, non sit puniendus.*
- §. X. *Mitior ab aliis in ebrio statuitur poena.*
- §. XI. *Quis ebrius intelligatur? Summe ebrius delinquens non ordinaria poena castigandus.*

§. XII.



- §. XII. Circumstantiae tamen, et an dolus ad sit, bene ponderandae.
- §. XIII. Modice ebrius et stuprans mente captam ordinariam luit poenam.
- §. XIV. Modice ebrius, simul ac sobrius dolo inebriatam ac dormientem stuprans punitur ex hac lege.
- §. XV. Non ita puniendus, si subito reapse morbo correpta puella.
- §. XVI. Non tamen videtur ex lege nostra teneri, qui dolo aliorum inebriatus, dementem stuprat.
- §. XVII. III. Dormientes furiosorum vel mente captorum nomine veniunt ac iniuriam patiuntur, eodemque cum mente captis iure gaudent.
- §. XVIII. Dormientes in delictis non obligantur. Nisi ratabilitio vel culpa accesserit.
- §. XIX. Ex eadem Iuris ratione noctambulones, mente captorum similes, a poena eximuntur.
- §. XX. Stuprata puella dormiens iuramento ignorantiam suam comprobata.
- §. XXI. Transfatio fit ad stupidos, seu stolidos, tanquam analogum mente captorum. Quorum apud ICtos varia denominatio. Horum descripicio. Non sub nomine mente captorum comprehenduntur.
- §. XXII. Stupidus vel stolidus mente captus stuprator subiacet Constitutioni Saxonicae, et poenae ibidem statutae; licet interdum mitigetur. Nec locum habet poena Constitutio nis ratione stupratoris, si stupida fuerit stupro commaculata.
- §. XXIII. Nisi stupiditas vel stoliditas tanta sit, ut potius ad dementiam sit referenda.

PROLO-



PROLOGVS  
AD  
BENEVOLVM LECTOREM.

*Romissi memor, in Disserta-  
tione Inaugurali Iuridica d.  
23. Octobr. 1727. ad Constitu-  
tionem XXVI. Part. IV.  
De stupro in mente captam  
commisso, in Acroaterio  
ICTorum Lipsiensium habita, a me dati, de affi-  
nibus huic delicto, et quae a Iuris Interpreti-  
bus buc propter materiae conuenientiam refe-  
rantur, peculiari actum iri Schediasmate, nunc  
Candide Lector, quicquid ad propositum face-  
re visum, Tecum communico. Non quidem cram-  
ben bis coctam apponendi, et datas iam Lega-  
les*

A

2 DE STVPRO

les huius delicti definitiones, nec non allegatam  
et probe ponderatam in Constitutione dicta Sa-  
xonica, poenam statutam, sicut atque concor-  
dantem cum aliis aliarum Prouinciarum sancti-  
tis legem Saxoniam ex priori dissertatione hic  
repetendi est animus, potiora saltem et quae ad  
delictum hoc imprimis collineare videntur, affi-  
nium momenta perlustrasse, et Schediasma, non  
autem perpetua et perpolita ad saepe laudatam  
Constitutionem Saxoniam Commentaria de-  
disse mibi sufficiet. Vale.

Q. D. B. V.

DE

STVPRO IN MENTE CAPTAM  
COMMISSO.

§. I.

*Methodus tra-  
stationis dici-  
tur.*

**N**on semper distortam ad mentis captionem re-  
quiri cerebri organorumque, per quae anima  
operatur, dispositionem, et rationis usum impe-  
ditum, ut HENRICVS BROWERVS de-  
scribit mente captos, a) sed etiam ratione effectuum quo-  
dam sanae alias mentis, si caeteras in censum vocaueris  
vitae actiones, inuenies homines, depravata laborantibus  
mentis ratione omnino assimilandos. Longam quidem  
corundem, vel si malueris innumeram seriem praecipa-

a) De Iure Connubior. Libr. I. Cap. 4. n. 1.

ta et ad propriam saepe ruinam tendentia consilia produnt, et oleum et operam perderem, si vel Ethicorum munia suscipiens, omnem actionem, quae propriae contrariatur conseruacioni e tali mentis vesania scaturiginem haufisse suam asseuerarem, id quod potius, ad scopum thematis Iuridici non referendum, aliorum Scholis ero relicturus, in eo saltem enodando solicitus, quod a Iuris Antistitibus *κατ' αὐτοὺς* hoc fuit relatum. Número autem mente captorum vel furiosorum, seu ut loqui amant, iisdem affines quasi adscribuntur a nonnullis Iuris Interpretibus cumprimis 1) nimio atque immodico amore amantes, 2) Ebrii, et 3) Dormientes, relictis aliis aliorum disquisitioni speciebus, vel subtilioribus, vel sub his generibus pariter comprehensis.

## §. II.

Ordinatum amorem, quem alias affectum appetitus concupiscentis, quo bonum placet appetitui sensitivo describit ANTONIVS I<sup>T</sup>TERVS a) hic loci intellectum non volumus, sed immodice nimiumque se exerentem affectum depravati appetitus concupiscentis, quo praeter rationem aliquid apparenter bonum placet appetitui sensitivo, putamus. Quo venit, ut et antiqui amorem hunc nimium furoris speciem crediderint, hinc CICERO de hoc amore loquens: b) Maxime, inquit, admonendus est, quantum sit furor amoris; omnibus enim ex animi perturbationibus est profecto nulla vehementior. Ipseque VIRGILIVS c) infelicem Didonis amantis statum canens:

*Vritur infelix Dido totaque vagatur  
Urbe furens.*

A 2

idem-

a) In Synopli Philosophiae Moralis Libr. II. Cap. I. §. 3.

b) Libr. IV. Quaest. Tusculan. §. 75.

c) Lib. IV. Aeneid. 68.

*Ad affinia posteriora mentis captio-  
nem referto, 1) ni-  
mius atque immodicus amor, 2) ebrie-  
tas, 3) dor-  
mientes.  
Describitur amor*

*nimius atque immodicus  
mentis captio-  
nis seu furo-  
ris.*

idemque alio loco d)

*Ardet amans Dido, traxitque per offa furorem,*  
furoris mentionem iniicit, miseriamque dolet. *Quam  
amantium conditionem miserrimam infelicissimamque  
pronunciat PROPERTIVS: e)*

*Durius in terris nihil est, quod viuat amante,  
Nec modo, si sapias, quod minus esse velis.*

vt exinde in proverbiū consona vocum aequalitas: *aman-  
tes amentes, abiisse credatur. Quare non immerito BAL-  
DVS, f) quem BENEVENVT VS STRACCHA  
ICTus Anconitanus, g) propter ingenii acumen summis  
effert laudibus, scribit: Philosophicum esse non muliebre, bu-  
iusmodi affectum intra debitos limites carcerare. Respe-  
xit procul dubio BALDVS ad Cap. IV. Nouellae 74, vbi  
ipse Imperator IVSTINIANVS concedit, quod nihil fu-  
rore amoris vehementius, quem retinere Philosophiae sit  
perfectae. Quin imo οὐαμόνος licet et propter votum ca-  
stitatis amoris vim, vt creditur, non expertus IOSEPHVS  
MASCARDVS h) cum Baldo conqueritur: Quod amor  
puellarum rectum subuerat iudicium, cum ille mentem, vt  
loquitur PETRVS HEIGIVS, i) non tantum oppugnet,  
sed et saepe expugnet. In eandem ire sententiam, et in  
hoc carnis delicto veniam ex eodem capite dare videtur*

IO-

d) ibid. 101.

e) Libr. II. de Exclusione 9. et 10.

f) ad Leg. 8. Cod. de Impub. et aliis Substitut.

g) In Tractatu de Mercatura Tit. de Decoctoribus n. 1. et 21. p. m.  
435. et 438. Edit. Amstelodam. 1669.h) In Conclus. Probation. Volum. I. Conclus. 86. n. 20. p. m. 135.  
Edit. Francof. 1703. Erat autem hic celeberrimus Seculi XVI.

ICTus, Clericus et Protonotarius Apostolicus.

i) Quaest. Part. poster. Qu. 38. n. 68. p. m. 335.

IOHANN. HARPRECHT k) qui in additionibus ad IVLIVM CLARVM ita casum format: *Addenda hoc loco et illa est per quam elegans quaestio; virum virgo, quae amoris oestro percita amanti copiam sui fecit, censeatur meretrix, adeoque turpis persona; ut proprieata a testatore (fratre eius vel sorore praeteritis,) haeres institui non possit. Eam pro persona turpi et meretrice habendam negat. Varia delirantis amoris exempla, cum ex historia Sacra, tum profana concessit, magnoque, ut solet, allegationum cumulo munitus Decisioni XXIII. inseruit NICOLAVS BOERIVS. l)*

## §. III.

Si itaque nimium amans stuprauerit puellam mente captam, ob singularem forsitan, formae speciem, aliamue causam eam deperdite ardens, quaestio subnascitur: Num poena ordinaria in stuprum, cum mente capta commissum, statuta, sit infligenda? Negatiuae subscriendum putarem; quia eiusmodi homines nimio eoque ardenter amore flagrantibus, non ex mentis sententia, sed furore quodam concitatati feruntur, *Furor autem et libido et amor aequiparantur*, ut asserit BENEDICT. CARPOZOVIVS, qui et adulterii reum ex hoc capite mitiori censet plectendum poena. a) Quo amore furibundo venit, ut vel in magnis interdum artibus praefidum quaerant amantes, velut prolixius allegat, variorum Doctorum suffragiis innixus, casum, in mitiorem sententiam inclinans PETRVS CABALLVS b) et id auxilio diaboli impetrare allaborent,

*Nimio et immodo amor amans, qui stuprat mente captam, ordinaria poena non est ple-*  
*gendas.*

A 3

quod

k) Addition. dictar. Quaest. 50. n. 18. p. m. 47.

l) Vid. eiusdem Decision. Burdigalensi. Decisi. allegat. 23. n. 75. circa medium p. m. 53. Edit. Lugdun. 1566.

a) In Criminal. Part. II. Quaest. 61. n. 60.

b) In Resolut. Criminal. Centur. III. Cas. 223. n. 27. seqq. p. m. 36. Edit. Francof. 1613.

quod vel hominum circumspectio, vel virtutis amor ipsis denegauit. Illos vero qui magicis artibus auxilium praestant ad amorem conciliandum, cum aliquid contra salutem hominum machinentur, et animos pudicos ad libidinem flectant, interdum pro circumstantiarum ratione esse capite puniendos tradit MATTHIAS BERLICHIVS c) Ordinariae tamen poenae illum eximunt ex amoris rabie delinquentem idem CABALLVS d) MARIVS GIVRBA e) CARPZOIVIS f) et TOBIAS GRANZIVS, g) quorum posterior mentem suam in hanc exponit sequentibus sententiam: *In illis qui tali amore sunt perciti, omnia Iura, quae in furioso sancta sunt, secundum graduum quidem diuerstatem, obseruanda esse, statuant plurimi.* Maxime vero veniam fibi dandam postulat casus, si amor pharmacis venereis fuerit prouocatus, id quod adhuc pluribus dederunt probatum PAVLVS ZACCHIAS, h) MICHAEL HAVEMANNVS, i) et CLAVDIUS BERTAZZOLIVS in additionibus ad BARTHOLOMAEVUM BERTAZZOLIVM, k) cum ab ordinaria poena

c) Part IV. Conclus. 5. n. 65. p. m. 50. Edit. Lips. 1670.

d) loc. citat. videsis IVL. CLARVM, qui in utramque partem et affirmatiuam et negatiuam exempla afferit. Lib. V. Sentent. quaeft. 60. p. m. 215. n. 10. Edit. Francof. 1613.

e) ICtus Messanensis, qui prolixam nimio amore percito scribit defensionem Consil. Criminal. 47. n. 8-20. talique poenam extraordinariam dictatam fuisse resert n. 35-36.

f) loc. citat.

g) In Defension. Inquisitor. Part. II. Cap. 6. membr. 2. sect. 2. art. 5. n. 101. seqq. p. m. 145. Edit. Francof. et Lips. 1718.

h) In Quaest. Medico Legal. Libr. II. Qu. 10. n. 46. p. m. 30. Edit. Francof. 1613.

i) In Gainolog. Synopt. Libr. I. Tit. 5. pos. II. p. m. 73. Edit. Francof. et Hamburg. 1672.

k) ICtus Ferrarensis Libr. I. Consil. 228. p. m. 435. sequ. Edit. Francof. 1602.

## IN MENTE CAPTAM COMMISSO.

7

poena foeminam, ob vehementiam amoris pro suo amatore, res furto ablata scilicet recipientem a capitali (quae ibi in usu erat) poenam absoluendam iudicauerit BARTHOLOMAEVS CHASSENAEVS.<sup>1)</sup> Cuius etiam rei aequitatem iam præsa agnouit antiquitas. Hinc non dubitauit Tiberius Imperator Decium Mundum equestris ordinis Romae iuuenem, qui Paulinam formosissimam Saturnini Illustris Viri Coniugem, ex dolo et infidiliis Sacrificulorum Iiacorum stupraverat, non ordinaria, sed mitiori scilicet exilii poena castigare, ratus crimen eius in cupidinis impotentiā referendum; Sacrificulos vero Impostores in crucem egit, ut fuse narrat FLAVIVS IOSEPHVS,<sup>m)</sup>

§. IV.

Quem interdum quaeri amorem, reiectis et contemtis cupidinis moliminibus et machinationibus, vel artificiose compositis ad amorem conciliandum poculis, in confessio est. Id quod fieri posse probat, adductis pluribus ex historia exemplis, quod scilicet dato poculo amatoria vel philistro, vti apud Romanos (æpius dieitur a) mulier sana ratione priuari, et ideo facilius ad stuprum adduci queat, FRANCISCUS NIGER CYRACVS<sup>b)</sup> Quae amoris pocula, vt docet PAVLVS ZACCHIAS<sup>c)</sup> ex aptis venenis conficiuntur, quae vel hominem infatuant, vel ob nimiam fri-

*Poculo amatoria dato interdum ad amorem fletere allabrant.*

*Quæ apud ICOS. et M dicos nota.*

<sup>a)</sup> In Commentariis ad Consuetudines Burgund. Francof. 1574. editis rubric. I. §. V. p. 13. p. m. 154.

<sup>b)</sup> In Antiquitat. Iudaic. Tom. I. Libr. 8. cap. 4. p. m. 506. seq. Edit. 1595.

<sup>a)</sup> Quid. de arte amandi. Lib. II. 105. et 106. Nec data profuerint pallentia philtra puellis, Philstra nocent animis, ymque furoris habent.

<sup>b)</sup> ICtus Mantuanus Confrouerſ forenſ Lib. III. Confrouerſ 434. n. 15. seqq. p. m. 133. Edit. Geneu. 1652.

<sup>c)</sup> Quæſt. Medico Legal. Lib. II. 1. it. 2. Qu. 3. n. 16. p. m. 64.



giditatem, qua animantium cerebella occupant, et spiritus animales partim extinguent, partim incrassant, et ita maximam inferunt noxam. In hoc tamen, ut loquitur IOH. BRVNNEMANVS, d) conueniunt Theologorum, Ictorum, et Medicorum, nec non Philosphorum sententiae, quod his philtoris voluntas nullius cogi possit, ad eum, quem non vult, amandum, sed imaginatio tantum potest perturbari, humores concitari, et totum corpus interius quasi accendi. Nec ignota fuisse pocula amatoria apud Romanos 1Ctus PAVLVVS innuit e) vbi propinatibus poculum tale humilioribus damnationem in metallum, honestioribus relegationem in insulam, amissa parte bonorum dicitur, licet mors non fuerit subsecuta, illa vero subsecuta poenam summi supplicii. Plura quidem de hoc amatorio maleficio ex historiis et Poetis, nouis et veteribus magna congesit ambage MARTINVS DELRIO f) vt fere praecepta, nocuae huius artis, vna cum remediis aduersis dare ibidem videatur, quo lectorem plura sciendi cupidum remitto.

## §. V.

Sed illud adhuc monendum restat, qua poena, qui philtrum procurauerit, ipsique puellae dederit, sit plecten-  
ridente?

d) In Consil. f. Respons. Iur. Consil. 109. n. 4. p. m. 430. Edit. Franc-  
cof. ad Viadr. 1704.

e) In l. 38. §. 5. ff. de Poen.

f) Disquisition. Magic. Lib. III. Part. I. quæst. 3. p. m. 375. usque  
390. Edit. Colon. Agrippin. 1679. Legi omnino meretur Literatissimus olim apud Vratislavienses 1Ctus et Syndicus NICOLAVS HENELIVS AB HENNEFELD in eruditissime conscripto libello *Otium Vratislauense* nuncupato, qui ex omni Graeca Romanaque antiquitate Cap. XXI. p. m. 154. de Philtoris commentatus est. Edit. Ienenf. 1658. Iunge huic PAVLVM AMMANNVM in Irenico p. 234. sub quæ-  
fione: *Quid de philtoris?* vbi in Prophæsi casus narratur, et in Conclusione de philtorum natura agitur.

dus? Ius Ciuale nimis duro animaduertere modo nobis videatur, cum per allegatam Legem a) ultimo supplicio sit *Quae Iur. C  
utili* dans afficiendus, si etiam sine eius dolo mors subsecuta fuerit; sin minus relegatio vel damnatio ad metallum pro diuersitate quidem personarum. Iuris pariter Saxonici veteris poena eandem sapere videtur duritiem, si SPECVLI SAXONICI Sanctionem b) perpendanus in verbis: Welcher Christen Mann oder Weib unglaublicig ist, oder mit Zeuberey umbgehet, oder mit Vergiffnuß, und der überwunden wird, die soll man auf einer Hörden brennen. Quamvis verba, si versionem latinam aspiceris, paulo alster statuat accipienda DANIEL MOLLER c) et apud eundem REINHARDVS ROSA in annotamento, vbi casus refertur Scabinos Lipsenses poenam virgarum mulieri cum perpetua relegatione dictasse, quae magicis artibus animos pudicos ad libidinem deflectere allaborauerat. Loquitur quidem allegata Sententia de magicis exhibitis artibus; interim tamen Iuris Interpretes sub voce Vergiffnuß in adducto articulo 13. propter aliqualem conuenientiam, ratione nimirum subsequentis interdum ex philbris mortis amatoria etiam subintelligunt positis, ut loquuntur terminis habilibus, pocula. Extat etiam sententia Lipsensium penes GEORGIVM BEATVM d) qua contra F. L. qui stupraverat ciuius alicuius H. T. filiam, cum apud ipsum libelli reperti essent, in quibus consignatae fuerant artes ali-

## B

quae

a) Leg. 38. ff. de Poen. vid. IOANN. HARPPRECHTI Tractat. Criminal. Commentar. ad §. 5. Instit. de Public. Iudic. p. m. 701. Edit. Tubing. 1615.

b) Lib. II. art. 13. in fin.

c) Add. Constitut. Augusti Part. IV. Constitut. II. n. 6.

d) In Sentent. Matrimonial. Part. II. tit. 16. Cap. I. p. m. 176. Edit. Gerana 1609.

*et Saxonico  
veteri dura.*

quae, ad amorem conciliandum adhibendae, tortura pronunciata super articulo: Ob er der Stücke etliche H. T Tochter, die er geschwächt, geben, oder wie, und wo er sonst die gebraucht habe? Satis luculento indicio, poenam minimum fustigationis infligendam fore confessuro.

## §. VI.

Circa duritiem huius legis Civilis emolliendam non immorabimur, praesertim cum DIDACVS COVARRVVIAS a) et BENEDICTVS CARPZOVIVS b) vt reliquos taceamus, laudabiliter satis ex aequitate, cessante hoc modo dolo, certis limitationibus legis rigorem attemperauerint. Ipse COVARRVVIAS loc. citat. hanc opinionem exemplo quodam, coram Summo Atheniensium tribunal acto illustrat. Cum foemina, inquit, poculum amatorum dederat amatori, et cum interemerat illa potionē, in iudiciumque Areopagi vocata esset, elapsam illam fuisse seueritatem Iudicum, nulla alia de causa, nisi quod planum factum esset, ipsam eo maleficio ex consulo et dolo non usam, dederat enim philtrum amoris causa, quamvis fine suo excidisset. Evidem in ORDINATIONE CRIMINALI CAROLINA nihil expresse cauatum fuit de philtiris eorumque poenis: Interim tamen haud inepte Commentatores ad Articulum 130. dictae Ordinationis, vbi de crimine Veneficii verba extant, hanc Veneficii speciem referunt. Ita enim IO. CHRIST. de FROELICHSBVRG c) ad artic. 130. commentatur: Wäre die ordinari Straf des Le-

benß

a) ICTUS Toletanus in Operibus suis Tom. I. Part. II. Relection. Clement. de delict. et conat. n. 2. p. m. 714. Edit. Colon. Allobrog. 1679.

b) In Criminal. Part. I. quaest. 21. n. 15.

c) ICTUS Austriacus in Commentario ad Nemesin Carolin. Tractat. II. Lib. 2. titul. 18. n. 4. p. m. 215. Edit. Oenipont.

bens in eine Extraordinariam zu verändern, da jemand etwas eingegeben worden, nicht aus Gemüth selbigen zu verlezen, sondern entweder unvergeßig, hochverünfftig, oder verliebt zu machen scilicet plura apud eundem. Cui quoque adstipulatur sententiae IO. PAVL KRESSIVS d) ita concludens: *Caeterum ne quid dissimulem, magis placet Carpzouii et Theodorici opinio, cum veluti primo Iurisprudentiae Criminalis principio, ne quis propter homicidium culposum capitatis poenam huat.* Hinc firmo stare talo non dubitamus, quod ille, qui philtrum ad conciliandum amorem puellae mente caprae praeparauit deditque, eadem ordinaria stupri cum mente capta poena non sit castigandus. Quin imo, vt superius dictum fuit prolixius, ille qui primum ardenterique amore quicquam deliquit, si non impunitus relinquendus est, leui tamen poenae subiiciendus, cum non ex animi sententia, sed furore concitatus operetur, vti PAVLO, ICto, e) multo mitius loquitur PETRVS CABALLVS. f)

## §. VII.

Mitiorem etiam poenam ob paritatem rationis mereri illum non ambigimus, qui per magicam artem ad hoc flagitium est incitatus, adeo, vt hoc modo fascinatus stuprator mente captae poena Constitutionis nostrae XXVI. ex furore quasi omnia praecipitanter atque inconsiderate agens non castigandus videatur. Quae aequitatis ratio olim iam commouit ICtos Ienenses, vt adultero magicis arti-

*Nec non in  
qui magici  
arribus inci-  
tatus et sti-  
latus cum  
mente cap-  
rem habet.*

B 2

bus

d) Celeberrimus Acad. Iuliae ICtus in Commentatione ad Constitut. Criminal. Carol. V. in Not. ad articul. 130. n. 3. p. m. 258. Edit. Hanou. 1721.

e) Leg. saepius allegat. 38. §. 5. ff. de Poen.

f) In Tractat. ante citat. Resol. Criminal. Centur. III. cas. 223. n. 27. p. m. 35. seq.

bus inflammato arbitriam tantum poenam dicitauerint,  
vt probat CHRISTOPH. PHILIPP. RICHTER.<sup>a)</sup>  
Nec minorem thesi huic lucem foeneratur casus, quem  
IOH. BRVNNEMANVS <sup>b)</sup> fuisus cum variis et dubi-  
tandi et decidendi rationibus communicat, quod cui cui-  
dam Stetinensi, cui Vetula quaedam, tum in ipsa tor-  
tura, tum etiam post eam hoc omne fassa, illicito plane  
modo philtrum porrexerat, remedisque abominandis et  
magicis vfa fuerat, quibus ita amore erga procacem in-  
census, vt sui ipsius notitiam ferme non habuerit, veritas-  
que libidinum cupiditates cum ea exercuerit, et simplex  
adulterium commiserit, loco poenae ordinariae adulterii  
in Academia Rostochiensi multa 50. Thalerorum ad pios  
vsus inferenda fuerit iniuncta.

## §. VIII.

Ex hisce prolatis quaestio suboritur: *Vtrum ille, qui  
puellae conciliandi amoris ergo, poculum amatorium propina-  
uit, et ex hoc puella cognita demens facta, ex nostra constitu-  
tione plebendus?* Si decisio huius questionis e IODOCI  
DAMHOVDERII aliorumque a CARPZOVIO<sup>a)</sup> alle-  
gatorum sancitis esset petenda, paulo durior prodiret, adeo,  
vt nulla fere differentia inter voluntarium homicidium ve-  
neno tentatum, et poculum tale amoris prouocandi cau-  
sum datum ibi adesse videatur, atque ab iisdem Iuris Interpre-  
tibus exitus delicti interdum satis deplorandus, non autem  
intentio seu voluntas perpetrantis decisionis rationem et  
poe-

a) Ictus Ienensis in Decision. Iur. Part. II. Decif. 88. n. 64. p. m. 181.  
Edit. Franc. et Lipf. 1689.

b) In Consil. f. Respons. Academ. superius allegat. Consil. 109. p.  
m. 430.

a) In Criminal. Part. I. quaest. 21. n. 15.

poenam subministret; cum tamen, ut bene BERLICHIVS b) monet: *hodie omnium locorum generali consuetudine induitum sit, ut conatus etiam perfectus non puniatur, nisi effectus sequatur*, hic autem conatus plane ad alium effectum tendit, quam qui praeter spem sequitur. Tuttissima maximeque aequa via incessurus, casum bimembrem duplici etiam analysis resoluendum iudico. Primo nimurum quaestio sese exerit: *quid iuris in poculo conciliandi amoris ergo dato?* Vbi receptae ICtorum Saxonorum atque exterorum opinio- ni in mitiorem sententiam inclinanti subscribo, ratione l. 14. ff. ad Leg. Cornel. de siccari. c) motus, cum durum et crudelitati proximum sit, eum, qui omni caret dolo, propter malum rei, quem non intenderat euentum, ultimo suppicio afficere. Et si vel ratione poenae infligendae quid statuendum, in hoc casu tantum abest, ut capitis statuamus, ut potius ad extraordinariam, vel relegationem, vel aggrauantes interdum ob rationes, fustigationem deueniamus. Alterum quod spectat quaestionis membrum: *si puella cognita in dementiam inciderit, sumto scilicet poculo amatorio?* argumentum ex praecedenti §. VI. ducturus indulgentiori subscriberem cum DIDACO COVARRV- VIA, CARPZOVIO, et KRESSIO, magnis et olim et nunc Iuris Antecessoribus, censurae, et ex culpa, mitiori saltem animaduersione, non vero ad normam CONSTITU- TIONIS XXVI. ordinaria, perpetuae alimentorum prae- stationis, fustigationis et relegationis poena dignum iudi- carem stupratorem.

B 3

§. IX.

b) Superius citat. Part. IV. Conclus. 10. n. 18. p. m. 83.

c) Verba legis ita se habent: *In maleficiis voluntas spectatur, non exitus.*

## §. IX.

I. Adebrie-  
item fit  
transgressio,  
uac species  
uia furoris.

Ab amoris furore et rabie ad ebrietatem transgredien-  
dum, cum furoris quaedam species, et proximum sit simula-  
crum, ut facit verba HENR. BROVWER, a) *imo furor*  
*momentaneus et cito transiens*, vt reputat PETRVS CA-  
BALLVS, b) in quam etiam sententiam iuit CHRISTOPH. PHILIPP. RICHTER, c) ipseque CICE-  
RO, d) *ebrios et insanos, quibus multa falsa videntur*, con-  
iungat, et SENECA e) ebrietatem voluntariam insaniam  
nuncupet. Quare etiam ebrii ita accipiuntur, vt cum fu-  
riosis illorum sit conditio, et regulariter se non possint obli-  
gare, vt docet BROVWER, f) et SOLON ex COMITI-  
BVS DE CAMPELLO, g) eumque periurio liberum  
iudicat AMBROSIVS, qui quod ebrius iuramento etiam  
promisit, sobrius non seruat. h) Sed illud adhuc dubium

vi-

- a) In superiorius laudato tractatu de Iure Connubiorum apud Batavos  
recepto Lib. I. Cap. 4. n. II. p. m. 29. vid. SOLON EX CO-  
MITIBVS DÉ CAMPELLO ad Constitutiones Duca-  
tus Urbini Decreto 50. sub titul. *Non si monopolio, ó incetta dé*  
*vino p. m. 383. n. 8. 9. seq.* Prodiere haec Constitutiones cum  
perpetuis adnotacionibus dicti SOLONIS DE CAMPEL-  
LO ICTi Spoletieri. Romae 1709.
- b) Resolut. Criminal. Centur. III. cas. 297. n. 30. p. 270.
- c) In Velitationibus Academ. Velitat. IV. Thef. 43. p. m. 91. Edit.  
Ienenf. 1667.
- d) de diuinatione Lib. II. §. 120. secundum editionem. Geneuae 1659.  
publicataim, pag. ibid. 405. In aliis editionibus §. 58.
- e) Epistola 83. ad Lucilium lin. 8. et 9. p. m. 158. Edit. Parisiens.  
1599. Quae tota epistola profundo circa hanc materiam iudi-  
cio est conscripta.
- f) loc. citat. n. 12.
- g) In super. allegat. Tractat. Constitution. Decret. 92. sub titul. *Pax-*  
*zi si tenghino legati p. 539. et 543. n. 48. et 49.*
- h) Can. 8. caus. 22. qu. 4.

viderur, utrum ebrius cum mente capta suprimum committens, omni poenae, ut furiosus, sit eximendus? Rigorosam et satis duram expectaremus a PIT'TACO MITYLENAEO, i) rogandam sententiam, quippe qui, si ebrius commisisset quicquam flagitii, duplo grauiori supplicio plementum statuit, altero propter ebrietatem, altero propter crimen in ebrietate commissum. k)

## §. X.

Contra ea alii aliam amplexi sunt opinionem, et ebrium mitius puniendum crediderunt. In ea enim versatur PETERVS a PLACA a) sententia, sexcentis, ut solet, allegatis suffultis, tandemque concludit: *Hoc unum satis constat, ebrium non puniri propter culpam criminis ab eo commissi, sed propter ipsius ebrietatis causam, in qua culpam habet.* Cui quoque sententiae subscriptit IVLIVS CLARVS b) afferens, quod ebrius non de dolo, sed de culpa teneatur,

eam

*Mitior ab aliis  
is in ebrio statuitur poena.*

i) CITANTE INFERIUS DIDACO COVARRVV.

k) DIDAC. COVARRVV Tom. I. Part. III. p. m. 748. n. 4. circ. fin. Addantur EMANVELIS GONZALEZ TELLEZ eruditae conscripta Comimentaria ad Cap. XIV. X. de Vit. et honestat. Clericor. Edit. Francof. ad Moen. 1690. Vid. tamen, quae annotavit IOAN. BAPTISTA BAIARDVS ICtus Parmensis, ad IVLII CLARI Practicam criminalem quæst. 6o. n. 42. p. 222. Edit. Francof. 1621. vbi probat: Imperatorem Carolum V. in Hispania Edictis suis cauisse, ut ebriorum poena non minueretur, sed illi de ebrietate et de delicto punirentur.

a) Lib. I. Cap. 31. Epitom. Delictor n. 2. p. m. 531.

b) In Recept. sentent. Libr. V. Quæst. 6o. n. 12. p. m. 215. Francof. 1613. Videſis ANDR. TIRAQV ELL. Tom. VII. cauſ. VI. per tot. p. m. 19. Edit. Francof. ad Moen. 1597. et IACOB. MENOCCH de Arbitr. Indic. quæſt. et cauſ. Lib. II. cauſ. 326. per tot. p. m. 453. Edit. colon. Agrippin. 1607.

c) Quæſt. XI. Lib. II. Tit. I. n. 33. 34. p. m. 33.

vnicamque inter ebrium et mente captum differentiam  
eam ponit PAVLVS ZACCHIAS, c) quod in delictis  
non excusetur a culpa.

## §. XI.

Sed ne in acceptione vocis *ebrii* dubii simus, illud  
simil monendum: non nobis duntaxat, vt verbis HENR.  
BROVWERI a) loquar, *ebrius* dicitur, qui ita paulum  
illud, quod habuit mentis ac sensus, potulis extrusit, vt nullis  
humanis motibus utatur, verum belluino prorsus motu graffe-  
tur, vel veluti porcus in luto se voluet, vix aptus ad coitum;  
sed et qui mentis quodammodo compos ea facit, quae vix  
cogitasset sobrius. Circa primam, quod attinet speciem,  
summam vel nimiam scilicet ebrietatem, omnem rationem  
alienantem dubios haerere Doctores lego, reputantes par-  
tim talem ebrium ad nullam obligari poenam, partim ordi-  
naria poena non mitiori tamen esse puniendum. Sic  
MARCVS ANTON. BLANCVS b) ait: qui est *ebrius*  
eo modo, vt ignoret, quod agat, et sequatur homicidium, in  
nullo tenebitur. Et CLAVDIVS de BATTANDIER c)  
contra ea statuit, magnam ebrietatem quidem excusare, sed  
mitiori supplicio esse coercendam, quam etiam souet CHRI-  
STOPH.

- a) de Iur. Connubior. Lib. I. Cap. 4. n. 14. p. m. 30. De differentia  
ebriorum omnino legendus AVGUSTINI BARBOSAE  
thesaurus locorum commun. Iuri prudent. in nouissima Edition.  
per ROESENERVM Lips. 1719. Lib. V. Cap. i. voc. *Ebrie-  
tar, Ebrius.*
- b) ICtus Patavinus in Practica Criminali p. m. 230. n. 23. Adde  
LAVRENT. KIRCHOV. Consil. et Respons. Tom. II.  
Consil. 14. n. 43. seqq. p. 57. Edit. Francof. 1605.
- c) In Praxi caufarum criminalium Regula 116. vid. IOH. OT-  
TON. TABOR Tractatum Volum. II. Criminal. Defini-  
tionum Racemat. art. 164. de furibus iunioribus §. zum dritten  
etc. p. m. 262. Edit. Lips. 1688.

STOPH. PHILIPP. RICHTER d) opinionem, afferens: *Si quis in nimia ebrietate adulterium commiserit, qui tamen est alias famae integræ, et vitae inculpatae, relegatione vel alia poena arbitraria plectitur.* Putarunt etiam non sine omni poena esse ebrium iam olim SCABINI LIPSIENSES, qui modo pernoctauerat detracitis ocreis penes rustici vicini uxorem in lecto, et denunciatus ab hac, praestito iuramento, quod nesciat, ibi patrassæ aliquid, per sententiam absolutus ab accusatione criminali rustici, condemnatus tamen in eadem sententia a supra laudatis Scabinis: *Solches nemlich, daß er bey der Nacht, ohne seines Nachbars Willen, in sein Haus und Schlaff-Gemach gegangen, sich darinnen schlaffen gelegt, gegen denselben Nachbarn mit gesekter Buß zu verbüßen, und derhalben dem Gerichte oder Richter eine Gewette geben.* V. N. W. e) Quæstionem tamen illam in genere, *num summe ebrius ad adulterium seu stuprum vel etiam cum mente capta, de quo in casu nostro loquimur, a multis, non contempnendis rationibus in dubium vocatam, sit idoneus propter summam et animae et corporis prostrationem viuum Scholis Medicorum decidendam relinquam.*

## §. XII.

Immodicam ebrietatem ab ordinaria delinquentem liberare poena quoque CARPOZOVIVS a) statuit, sed poemam fustigationis et perpetuae relegationis a Scabinis Lipsiensibus in homicidio a summe ebrio facto dictitatam fuisse ibidem legitur. Hoc tamen adhuc notandum, ne-

*Circumstan-  
tiae tamen,  
et an dolus  
adseritur, bene-  
ponderandæ,*

C

mini

d) Part. II. Decision. 88. n. 64. p. m. 181.

e) Vid. GEORGIVS BEATVS in sentent. Matrimon. Tit. 20. p. m. 180. Edit. Geran. 1611. qui totam prolixam fatis Scabinorum Lipsiensium enarratis omnibus circumstantiis loc. citat. exhibet.

a) In Criminal. Quæstion. 146. n. 32. seqq.

mini summam ebrietatem alleganti esse fidem habendam, nec ad iuratoriam hunc in lapidem allisionis impingentem esse admittendum assertionem, quem per testes ebrietatem probare oportet, ut fuse apud CÁRPZOVIUM b) legitur. Illa tamen summa ebrietas tunc non excusabit, quando quis propositum occidendi foueat, eum in finem factus ebrius, ut maiori animi virtute, magisque heroico ausu facinus ingrediatur, atque eo impudentius in effectum deducat. c) Cum in illo casu tantum, quando quis non ex proposito et de industria, sed vini ignorata vi deceptus inebratur, a dolo excusetur. d) Et qui sciuerit se solitum manus ad arma imponere, hominesque percutere, cum inebraretur, ebriusque data opera fuit factus, e PETRI CABALLI e) suffragio ordinariae subiiciendus est poenae, quippe qui scienter et animo quasi praemeditato id dedit causae, ut consequens necessario exinde resultaret malum.

## §. XIII.

*Modice ebrius  
et siupravis  
mente captam  
ordinariam  
luit poenam.*

Alteram ebrietatis speciem quod spectat, quam MARCVS ANTONIVS BLANCVS a) ita delineat: quando quis paulisper est exhilaratus propter vinum, non tamen est alienatus a ratione, et sic modica est ebrietas, non extra poenam esse ICTi consentiunt. Cum itaque breuibus majoris ordinis gratia pauca de ebrietate sint dicta, et nunc quæ-

b) ibid. n. 60.

c) Vid. CARPZOV loc. cit. n. 56. 57. et IOH. CHRISTIAN A FROELICHSBVRG, Commentar. ad Ordinat. Criminal. Tractat. I. Lib. IV. tit. II. p. m. 280.

d) Vid. C. P. RICHTER, Confil. Volum. I. Part. V. Consil. 8. n. 5.

e) Refolut. Criminal. Centur. III. cas. 297 n. 10.

a) ICTus Patauinus in Practica Criminali p. m. 230. n. 27. prodidit Francofurti 1597.

quaestio decidenda: *Virum modice ebrios stuprator mente captae, poenae subiaceat ordinariae?* Quam affirmando de Iure decidendam putarem, *cum omni ratione et vnu non careat, qui coire potest* b) et ad stuprum aliae naturae vires requirantur, quam ad homicidium, et tunc non animus vino depositus, sed venter mero aestuans cito despumat in libidines. c) Nisi quis misericordia ductus veniae quid indulgere velit tali ebrio, ob primum quasi gradum alienationis mentis. Id quod tamen CARPZOVIO d) et C. P. RICHTERO e) aliter visum fuit, cum in utroque loco poena gladii ebrio propter commissum adulterium sit dictata, causamque CARPZOVIVS loc. citat. ponit scientiam, si quis non ignorauerit se solere in ebrietate delinquare, et tamen non abstinerit a vini immodica potatione.

## §. XIV.

Poenae quoque nostrae Constitutionis merito obnoxius erit, qui puellam modice ebrios dolo malo ad potum allectam eumque in finem temulentam fecit, ut postea eam summa fere ebrietate rationis visu exutam commodius stupraret. Dolus enim, qui causam huic maleficio dedit, *Modice ebri-*  
*simul ac so-*  
*brios dolo in*  
*ebriatam ac*  
*dormientem*  
*stuprare pa-*  
*nitur ex hac*  
*lege.*

poenam poscit grauiorem, cum Iura succurrant deceptis, non decipientibus a) et pro stupratore violento habendum ille, qui inebriatam adeo, ut nunc dormiens destituta sit fa-

C 2 cul-

b) HENRIC. BROUWER de Iure Connubiorum, Lib. I.  
Cap. 4. n. 14.

c) vt loquitur Can. 5. Distinct. 35.

d) In Criminal. Part. III. Quacumq; 146. p. m. 373.

e) Vol. II. Confil. 351. n. 10. p. m. 1026.

a) L. 2. §. 3. ff. ad Senatus Consult. Velleian.

cultate resistendi, vitiauit. b) Secus vero si ebrietas faltem irritauerit et adiuuerit stuprum, annotante ad Ordinationem Criminalem IOH. CHRISTIAN de FRÖLICHS-BVRG. c) Licet modo dotis praestationem iniungat stupratori BVRCHARDVS BARDILVS d) id quod fortean in terris, vbi Constitutio Electoralis Saxonica non recepta; de eo casu intelligendum erit, si foemina non dolose fuerit inebriata ab ipso stupratore, nec ebrietas omnem alienauerit mentem. In hoc autem casu parum abest, quin sententiae ANTONII DIANAE e) subscrivamus contra Patrem PELLIZARIVM statuens: *Stuprum in foeminam dormientem nec sentientem coiri, commissum, pro raptu, aut violento stupro esse habendum, si prius haec ex industria eum in finem consopita fuerit opio, aut alio medicamento; non vero pro raptu esse reputandum, si id commissum fuerit occasionaliter, et sine alia violencia.* Ex mente tamen ICTORUM SAXONICORUM et ad ductum Sanctionis Electoralis ad praestationem alimentorum talem ex insidiis stuprantem teneri, nec non fustium ictibus exterminandum, extra omne dubium positum esse autumamus, cum ebrietas mentis alienationem inducat, et puellam furiosae vel mente caprae similem faciat, vti videre est apud CARPOZIVM f) et BERLICHIVM g)

## §. XV.

- b) Orationes in sequenti §. vbi furiosis et mente captis aequiparatur dormiens, das.
- c) Tractatu H. Lib. III. p. m. 247.
- d) In Disputat. habit. Tubing. de satisfactione stupratae membr. 3. n. 17.
- e) Panormitani Clerici Resolution. Moral. Tom. VIII. Tract. 6. resol. 7. p. m. 138. Prodiit Lugduni 1667.
- f) Crimin. Part. II. Qu. 69. n. 35. p. m. 156.
- g) Conclus. Part. IV. concl. 37. n. 6. p. m. 238.

## §. XV.

Alia vero hic adhuc suboritur quaestio: *Virum stupratorum pueras pauxillum vini bibentis subitaneo morbo corripere, ut superueniente hypothymia, seu animi defecione, vel postea morbo comitali prostratae, poenam ex hac Constitutione expectet?* Id quod negandum putamus. Superueniens enim morbus est quasi casus fortuitus, de quo stuprator nullo tenetur Iure. Aequitati conuenientem quoque agnoscit hanc sententiam ANTONIVS DIANA, a) *Pro raptru, inquit, aut violento stupro non est habendum, si quis habuerit copulam cum foemina, quae subira apoplexia correpta est, vel alio morbo sensibus defituita.* Quae tamen Diana verba ita accipienda credo, intelligenda nimurum esse de ea, quae ad amplexus parata, vel iam coitum patitur, subito vero morbo sensibus vel defituitur, vel turpem efflat animam. Cum in alio casu, si quis epilepticam pueram vel ex animi defecione laborantem stupro polluerit, in qua nullam differentiam a furiosis vel mente captis inuenimus, cum suspensa ac alienata quasi omni ratione ac sensione potius pro mortuis habeantur, merito locum sibi vindicet nostra Constitution, imo si quis eo malitia peruererit, ut morbo tali enecatam pueram stuprauerit, (prout in genere de Pollinctoribus seu Salinariis Aegyptiacis meminit HERODOTVS b) eos cum foeminis demortuis rem habuisse) longe duriori c) et capitis poena sit plectendus. d)

## C 3

## §. XVI.

a) Vid. loc. citat. praecedent. §. Resol. 7. n. 3.

b) In Euterpe p. m. 64. lin. 14. Edit. Francof. 1594.

c) Vid. NICOL. BOERII Decis. 316. n. 12. p. m. 629.

d) vid. CONSULTATOR. CONSTITUT. SAXON. Tom. I. Part. 4. Quaest. 36. et Tom. II. Part. 4. Quaest. 68. per tot.

## §. XVI.

*in tamen vi.  
tur ex no-  
a lege tene-  
qui dolo  
orum ine-  
iatus de-  
mtem flu-  
at.*

Illum tamen exceptum putamis, qui ab agnatis puer-  
lae mente captae, siue promittendarum nuptiarum causa,  
siue ab aliis alias ob rationes ineptius fuerit, siue etiam  
medicamen quoddam stuporem menti incutiens vino esset  
iniectum, vel Aphrodisiaco inter pocula propinato, data-  
que cum puella ad lasciviam occasione ad venerem quis in-  
citatus, hocque pacto sine sua culpa ebrius vel positus extra-  
se factus, vel si socii eius, ipso nescio, sal quoddam in vi-  
num conieccissent, a) et exinde stuprum cum mente capta  
esset commissum; cum nullo modo adstricti ad aliquid, si-  
ue voluntate et intentione peccasse dicendi, *qui callidirat  
et per fraudes dolumque aliorum seducri sint, HENRICVS  
BROVWERVS*; b) et nemo de exitu teneatur, qui sine vol-  
luntate atque intentione aliquid fecerit, *in maleficiis enim  
voluntas spectatur, non exitus. c)*

## §. XVII.

*I. Dormien-  
; furiosu-  
; uel mente  
; ptorum no-  
; ine veniunt,  
; iuriam pa-  
; untur, eo-  
; mque cum  
; ente captis  
; re gaudent.*

Egimus hucusque de iis personis, quae quodammodo  
sub furiosorum vel mente captorum nomine continentur:  
restat adhuc, ut nonnulla de *Dormientibus* sine rationis ac  
iudicii vslu, vel delictum perpetrantibus, aut patientibus, in  
medium proferamus. Non fert thematis et temporis ra-  
tio, ut dormientium et somniantium Iura hic pertractemus,  
quae magnam partem discussa atque enucleata deprehen-  
des apud CHRISTIANVM THOMASIVM. a) Sed dor-

a) Vid. IVLIVS CLARVS Lib. V. Quaeft. 60. n. 12. p. m. 215.  
qui hoc modo delinquente in culpa et dolo excusat.

b) de Iur. Connubior. Lib. I. cap. IV. n. 14. p. m. 30.

c) l. 14. ff. ad Leg. Cornel. de Sicar. Vid. et CARPZOV. cri-  
minal. P. I. Qu. I. n. 17.

a) In Dissertat. de lute circa somnum et somnia, habita Lipsiae, d.  
22. Martii 1687.

dormientium conditionem in tantum sumus consideraturi, in quantum quoad effectus Iuris circa delicta decisionem petere queant ex nostra Constitutione. Qui si accuratiōri mentis larice illorum conditionem penitaueris, non modo pro *furiōsis et infantibus*, qui de IVRE CANONICO licet hominem mutilent vel occidant, nullam ex hoc irregularitatem incurvant, b) habendi; IVRE etiam CIVILI *furiōso et pupillo* c) iungēndi, quid? quod mortuo assimilandi, proptereā quod somnus frater mortis dicatur. HESIODVS enim somnum et mōrem noctis fuisse filios asserit, d) hinc et SENECA e) et VIRGILIVS f) HESIODI vestigia prementes somnum fratrem et consanguineum mortis nuncuparunt; quapropter etiam dormientis actiones furiosi, imo mortui ex hoc principio factis paſſim apud Iuris Interpretes g) aequiparantur. Cui, licet ex voto PE-

b) Cap. vnic. clement. de Homicidio Volunta.

c) L. I. §. 3. ff. de acquirend. vel omittend. Possess. vidēſis MARCVM ANTON. BLANCAM, in Pract. criminal. n. 2. p. m. 232. et LAVRENT. KIRCHOV. confil. et rēſponſ. Tom. II. confil. 14. n. 66. p. 58. Ed. Franc. 1605.

d) in Theogonia.

e) in Hercul. furent. v. 1065. de somno cecinit:

Tuque o domitor  
Somne laborum requies animi,  
Pars humanae melior vitae  
Voluer matris genus Astraeae  
*Frater duras languide mortis.*

f) Lib. VII. Aeneid. v. 278.

Tuū consanguineus lethi ſopor.

g) HARPRECHT. confil. Tübīng. confil. 86. n. 59. CHRISTOPH. PHILIPP. RICHTER, decif. decision. I. n. 115. p. m. 23. PAVLVS ZACCIIAS in Quaſtione. Medic. Legal. Lib. II. tit. I. Qu. 12. n. 4. et 5. p. m. 34. et IDEM Lib. IX. confil. 29. n. 3. p. m. 724. aliisque ibidem allegati.

PETRI a PLACA h) iniuria fieri nequeat, v. g. *abscissione vestium*, rectius tamen ideo, quia furioso ac infanti iniuria inferri potest, ac eo nomine actio datur, dormienti quoque iniuriam inferri posse statuit IACOBVS de BELLO VISV i) cum dormientes furiosorum et infantum nomine veniant, et ex aequo eadem *Iura illis* sint attribuenda. Quare etiam foeminae dormientis vel in hunc finem ab alio inebriatae, vt praecedenti §. XIV. demonstratum, vel naturaliter graui innexae somno, stupratorem ex sententia Constitutionis nostrae, praefitibus stupratae alimentis cum iactu fustium extorrem ire flatuimus, cum, vt in vulgus abiit, *vbi eadem est ratio*, vt in mente captis, propter deficientem consensum, et praesumtam violentiam, *ibi eadem*, vt in dormientibus, *est Iuris dispositio*. k)

### §. XVIII.

*dormientes  
delictis non  
ligantur.*

Deficiente itaque rationis vsu, atque in delictum confessu, regulariter non obligantur dormientes, licet contra alios in somno deblaterantes maximas eructauerint iniurias, vel etiam reali iniuria, vel verberibus aliisque modis alios

h) Epitom. Delict. Lib. I. cap. 31. n. 4. p. 546.

i) In aurea practica criminali cum Arnoldi Baerti notis Lib. I. cap. 17. n. 8. p. m. 185. Edit. Coloniens. 1580.

k) Vid. IOH. PHILIPP. Treibers Dissertation. habitam Erfurti 1710. d. 27. Septembr. sub titul. *Iura dormientibus scripta*. Thes. V. sub n. 2. 3. 4. vbi satis atque eruditte ex optimis multo maximo numero adductis Iuris Interpretibus asserta haec pariter comprobantur. Legi etiam meretur sub n. 5. ad calcem huius dissertationis ab eodem laudato Auctore MATTHIAE BERLICHII, Part. IV. conclus. 37. n. 6. de virginie dormiente stuprata contra BENEDICTVM CARPZO VIVM via dicata opinio, vbi prioris sententia non contempnendis adseritur argumentis.

alios affecerint, a) adeo ut Dormiens homicidium committens, non plectatur ordinaria poena, neve, ut statuit MARCVS ANTONIVS BLANCVS b) peccare dicatur, eiusque delictum de IVRE CANONICO c) in genere non puniatur, nisi eo casu, si iste, qui inter dormiendum alios iniuriis afficere solet, bene reminiscatur facinoris, idque ex postfacto, vel matutino tempore ex- *Nisi ratibus  
pergefactus gloriabundus reciter, quod hoc vel illud delicti  
in somno seu dormiens perpetrasset, et hoc modo facti  
turpititudinem, cuius potius eum poenitere decuisset, ratam  
habuisset, vt non praeter aequitatem decernit IACOBVS  
MENOCHIVS d) vel etiam si vigilans ipse satis cognitum haberet, quod dormiens surgeret, arma caperet et homines prosequeretur, tunc enim propter non adhibitam diligentiam et omisam in remouendis armis et bene occludendo cubili cautionem, ne dormiens alicui noceret, poena quidem propter culpam, cuius hoc pacto non purus, extraordinaria castigandus, *mitiori* vero, vt credit PETRVS a PLACA e) de culpo homicidio, quod est prolixe*

D tue-

a) IODOCVS DAMHOUDERIVS Prax. criminal. cap. 157. n. 12. p. m. 207. et BARTOLVS in tertium Tomum Pandect. ad lib. 48. tit. 9. l. 9. §. fin. p. m. 857. Ed. Basil. 1562.

b) Pract. crimin. p. m. 233. n. 1.

c) in antecitat. cap. vnic. clement. de homicid. voluntar.

d) De arbitrar. Iudicium Quæst. et causis Lib. II. casu 327. n. 8. p. m. 453. vid. DOMINICI CARDINALIS TUSCHI Tom. II. conclus. 716. p. m. 535. sub titulo: *Dormiens non delinquit*, et BENEDICT. CARPZOV. P. III. quæst. 146. n. 55.

e) Epitom. Delict. cap. 31. p. m. 545. adde IVLIVM CLARVM, *Ictum Mediolan.* in Lib. V. receptarum sententiarum quæstio- ne 60. n. 13. p. m. 215. Edit. Francof. 1613.

*Nisi ratibus  
tio,*

*vel culpa sc-  
cesserit.*

tuetur PAVL. ZACCHIAS. f) Quo etiam certo modo mulieres dormientes, tamque graui obrutae sopore, vt infantes opprimant, a poena immunes sunt referendae, nisi supina negligentia et interdum lata culpa, dolo aequiparanda, certam poenam rogirent, g) cum mulier de somnolentia antea admonita atque obiurgata, infantem, quem hoc non obstante penes se in lecto collocauerat, eumque sternens oppreserat, culpa non vacare dicatur. h) Moverat huius generis supina negligentia Ordinem ICtorum Tbingenium i) cum quis ex mandato pecuniam alium in locum deferendam, et sacculo inclusam, ita equo suo imposuisset, vt sacculum ante se, equo infidens, nec ligamentis ad ephippium alligatum libere coram quidem haberet, sed posthaec per tempus aliquod super equo dormiens eandem pecuniam perdidisset, vt ad restitutionem pecuniae propter insignem culpam dormientem hunc equitem condemnarent. Alias vero dormientem stupratam, quin imo in crimine *nudigasias* contra naturam cognitum impunem esse vult dormientem, dicitur vim passum et raptum PETRVS CABALLVS. k) Dormientem etiam puellam stuprum passam, illudque iuramento assuerantem, absoluunt quidem SCABINI LIPSIENSES ab inquisitione,

con-

f) In Quaest. Medico Legal. Lib. II. Tit. I. Quaest. 12. n. 12. 13. 14. p. m. 35.

g) IOH. FICHARDVS ICtus Francosurt. Tom. 3. consil. 40. Prodiit Darmstadii et Giesiae 1677.

h) Vides IOH. BERNHARD FRIESE, Disp. de dormientium delictis, Jenae 1701. habitam § 7.

i) Vid. FERDINAND. CHRISTOPH. HARPREEHTI confilior. Tbingenium, Tbingae 1699. publicatorum Volumen VI. consil. 86. p. m. 1654. seqq. per tot.

k) Resolut. criminal. Centur. I. cas. 16. n. 40. p. m. 27.

condemnarunt tamen in expensas. 1) Verum ordo ICTORVM VITEBERGENSIVM m) a Praetorio Roswinensi rogatus ream absolvit non ab inquisitione tantum, sed etiam ab expensis in inquisitionem factis.

## §. XIX.

Fuit in praecedenti §. XVIII. de dormiente, et inter somniandum surgente, armaque capiente paucis iniecta mentio. Et cum regulariter gladius ultor ex Iuris dispositione delicta soleat ordinaria ac iisdem condigna poena vindicare, nisi citra voluntatis arbitrium, rationisque moderationem quid fiat, quod sine poena iubeat esse perpetrantem, ex iisdem tamen legum sanctis eodemque aequo iure hominem noctambulum, dormientem, licet diuersis modis delinquentem propter mentis per somnum alienationem non puniendum iudicarem. Mira quidem et fere supra fidem narrantur in historiis huius generis nocturnorum graffatorum dormientium exempla, et nisi grauissimorum interdum accederet ICtorum auctoritas, dubia omnino staret asserti veritas. Cuius generis dormientis vel potius noctambulonis mirum ex BALDO referunt casum ANDREAS TIRAVELLS a) et TOBIAS GRANZIUS b) quod fateatur BALDVS se vidisse Pisanum, qui alto somno pressus, se a lecto erexerit, seque totum arnauerit, deinde per totam ciuitatem cantando curstauerit, Cardinalem Zabrellam

D 2

rellam

1) Mens. April. 1704.

m) eod. ann. Mens. Julio.

a) In operibus suis Tom. VII. cauf. 5. n. II. p. m. 19. qui alia adhuc afferit exempla, rationesque huius mali, apud celeberrimos suae et priscac aeatis Physicos ibidem denominatos, indigitat quaerendas.

b) In defens. Inquisitor. Part. I. cap. V. membr. II. Sect. 3. Art. 3. n. 104. p. m. 489.

rellam narrasse, se quendam habuisse socium Anglicum, qui dormiens Parisiis nocte monasterium D. Benedicti exiuerit usque ad flumen Sequanae, ubi puerum repertum interficerit arque domum reuersus dormiens adhuc se in lectum iterum collocauerit. Quos tamen hunc in modum delinquentes noctambulones diligentia anteua habita circumspectione, ne fraus arque efficta alti soporis causa malitia patrocinium pariat, a poena eximunt, impunesque esse iubent ICTL,<sup>c)</sup> cum vero simulata interdum somni grauitas, quae probe inuestiganda, toti huic negotio, latente saepiuscule vel amore vel vindicta, dedisse causam potuerit, multoque maxima inter reliqua delicta v.g. iniurias, homicidium etc. sece ostendat differentia, quae ad sui perpetrationem eas tantum admittunt vires et qualitates, quae vel etiam in dormientem per praesumptionem cadant; quotidianaque etiam comprobet experientia, saepissime dormientes altoque sopore sepultos oggannire, siue etiam contra alium atque alium iniurias eructare, vel surgere, quin imo arma arripere, his que nocere posse aliis: Interim tamen, utrum ad actus venereos alto dormiens somno devenire, stuprumque inferre valeat homo noctambulus, cum omnino suffragante HENRICO BROVWERO <sup>d)</sup> longe aliae ad stuprum vires externaueque circumstantiae quam ad homicidium requirantur, haud immerito dubius haereo, inque medio relinquam: utrum dormiens noctambulo, ut supra fidem videtur crede-

c) ANDR. TIRACQUELL. Tom. VII. de Poenis cauf. V. p. m. 18. sequ. TOB. GRANZ loco superius citato. IODOCVS DAMHOUDERIVS in *Praxi rerum criminalium* cap. 59. n. 5 p. m. 82. PETRVS CABALLVS in tractatu *de omni genere homicidii* p. m. 21. n. 182. sequ. Ed. Franc. 1613.

d) De iure connubiorum Lib. I. cap. 4. n. 14. p. m. 30. in verbis: *omnis ratione et sensu non caret, qui coire potest* etc.

credere et statuere PAVL. ZACCIA S<sup>e</sup>) virginem,  
quam ardenter amat, stuprare queat, et an non potius ta-  
lis stuprator ordinariae poenae sit subiciendus? Caeterum  
non possumus, quin casum a Dn. NIC. CHRISTOPH. LI-  
BERO BARONE DE LYNCKER,f) relatum, de fo-  
mina puerpera a sagis per magicas artes ad nocturnam am-  
bulationem, atque ut in aqua se ipsam submergeret coacta,  
cum illud omne, testante allegato casu, *non dormienti*,  
sed ex proprio asserto *vigilanti*, et magicis, ut ibi dicitur, ar-  
tibus agitatae acciderit, ad rhombum quid facere, et pra-  
senti nostro themati inferuire non credamus.

## §. XX.

Quanquam autem dictum iam antea fuit, stupratorem  
puellae inebriatae et dormientis ex stupro in mente captam  
commisso teneri, non tamen cuiuis assertioni puellae se  
dormiuisse ac ignorasse tam facile creditur, cum fraudu-  
lentus docuerit simulationis euentus, *non omnes*, qui clau-  
dunt oculos, dormire. Dubitarunt ICti Ienenses a)<sup>g</sup> puel-  
lae, se dormientem esse stupro commaculatam, fidem ha-  
bere, cum assereret se in grabato subito obdormiuisse, et

D 3 ab

e) Quaest. Medico Legal. Lib. II. tit. I. qu. 12. n. 14. p. m. 34.

f) Quem volum. II. consultation. Iuris Responf. II. p. 9. 10. se-  
quentibus, imprimis ad n. 5. recenset. Varia autem noctambu-  
lorum exempla vel ineptientium, vel alii vel sibi nocentium,  
vna cum variis, de iisdem multorum eruditorum sententiis, in  
hanc illamue partem et rationem, quae causa huius accidentis et  
nocturnae ambulationis sit, inclinantibus, vide in I O H. I A-  
C O B S P E I D E L I I Speculo Iuridico-Politico-Historico etc.  
p.m. m<sup>o</sup> 117. seqq. sub n. 74. prod. Norimberg. 1683.a) CHRISTIANI WILDVOGELII ICti Ienensis responsa et  
consilia. Jenae 1717. Responf. 212. n. 8. 9. p. 468.

ab adueniente, quem expectabat, hero esse compressam, interque reliqua dubitationum momenta adduxerunt, admodum suspectam fieri affirmantis fidem, quod *cum ipsa virgine dormiente et nondum deflorata ex Medicorum testimoniis stuprator sine ipsius sensu in somno stuprum perficere* haud potuerit. Quare etiam, cum R. B. contra D. S. denunciaret, *se stupratam ab eo, nec aliquid dormientem sensisse, maturino tantum tempore, cum surgere voluisse, ex pergefacta a somno, vidisset D. S. ad latus suum cubantem, quem durissimis verbis e lecto pepulisset, nec tunc obseruasse se compressam, nisi quod postea grauida fuerit,* SCABINI LIPSIENSES, b) super hoc consulti, ut iurisurandi religione id asseueret, pronunciarunt, sequentemque Iuramenti formulam praescripserunt: *Dass R. B. vor allen Dingen, nach vorgehender scharfer Verwarnung vor der schweren Straffe des Meineydes, dabei auch ein Geistlicher zu gebrauchen, vermittelst Eydes zu erhalten, und dass sie von D. S. wahrhaftig im Schlafze überfallen, und geschwängert worden, Sie auch darüber nicht erwachet, noch es wissenschaftlich geschehen lassen, ihre Einwilligung auch in den Beyschlauff nicht gegeben, und sonst mit demselben sich fleischlich nicht vermischet, zu schwören schuldig.* etc. Eundem fere casum refert Illust. Dominus IOH. HENRIC. de BERGER, c) *Qua etiam ex ratione, cum casus in Iudicio ventilaretur, quod vitricus, qui verbis ante minacibus vsus: Er wolle der Stieff Tochter einen Possen thun, in lecto stertentem, nec persentilcentem impraeagnauerit, in consilium rogati paulo*

b) ann. 1699. Mens. Jun.

c) In Elect. Iurisprud. criminal. cap. I. thes. 3. n. 3. p. m. 9.

paulo ante laudati SCABINI LIPSIENSES d) decreuerunt: Dass Sie, als Sie von ihrem Stieff-Vater E. K. geschwängert worden, so feste geschlossen, dass sie es nicht gemercket, weniger ihren Willen in solchen Beschlaff gegeben, und dass sie schwanger sey, nicht gewusst, sondern dieses erst, da es ausgebrochen, und ihre Mutter sie deswegen zur Rede gesetzt, erfahren, zu schwören schuldig.

## §. XXI.

Fuerunt itaque a nobis, quae propter materiae affinitatem ad Thesin: *de stupro in mente captam commisso*, adducenda visa sunt, circa potiores illius species, Amorem, Ebrietatem, et Dormientes, leui quidem penicillo delineata; mantissae autem loco adhuc propter materiae aliqualem conuenientiam pauca lubet adiicere, quid de *stolidis seu stupidis* vel *stupratoribus* vel *stupratis*, ad Constitutionis nostrae XXVI. normam sit iudicandum? Non quidem nobis est animus *stolidorum seu stupidorum*, qui etiam ab aliis *grossi, grossolanii, a) indiscreti, insulsi, simplices, tardi, bardi, buccones etc. b)* vocantur, conditionem et causas hebetioris rationis, utpote pertinente ad scholas PHYSICORVM et MEDICO-RVM inquisitionem pertractandi; Sed cum nonnihil iam dictum

*Transitio fit  
ad stupidos, tan-  
stolidos, tan-  
quam analo-  
gum mente  
captorum,*

*quorum apud  
Icos varia  
denominatio*

d) M. Februar. 1704.

a) PETRVS HEIGIVS, ICtus Vitebergens. in quaest. Iuris Part. II. quaest. 38. n. 29. p. m. 329. prod. 1606.

b) PAVL. ZACCHIAS quaest. Medico-Legal. Lib. II. quaest. 7. n. 5. 6. 7. p. m. 20. adde si placet, quem profert M. A. PLAVTVS in Bacchid. Actu V. scena 1. huius furfuris catalogum, vbi Nicobolus se ipsum increpans, his vtitur titulus:

*Quicunque ubique sunt, qui fuere, quicque futuri sunt post hac  
Stulti, stolidi, satui, fungi, bardi, blemi, buccones.*

Etum fuerit de stupidis vel stolidis in §. XI prioris dissertationis nostrae, de stupro in mente captam commisso, quod nimurum primum genus mente captorum ex mente Pauli Zacchiae constituant, periculum impreseentiarum faciemus, quid ad dictamen nostrae legis Saxonicae de iisdem stuprum committentibus sit sentiendum. Quos PETRVS HEIGIVS d) ita describit: qui neque insaniunt, neque noxi ciuiquam sunt, aut toto animi iudicio carent etc. Sed prudentiae non satis sunt ac Consilii compotes etc. et obtusior et stupidior mens existit, suntque plane medii inter prudentes et dementes, id est, qui nec tota mente praediti, nec tota rursus sunt priuati, sed ad aliquem modum prudentiam capiunt. Merito exinde Illustr. Baro NICOL. CHRISTOPH. de LYNCKER e) huius generis homines, licet heberioris et tardioris ingenii ac obtusi iudicii sunt, dementium societati non adseribit. Quid quo ipse HEIGIVS f) attestatur, cum ipsi Ordini Ictorum Vitebergensium virginis cuiusdam testamentum, quae stupiditatis et simplicitatis fatuæ nomine semper male audierat, oblatum, fuisset iudicatum: Non propere minus valere, quod simplicioris intellectus fuisset testatrix, cum mente nibilo minus ad aliquem modum vteretur, et dispositio ipsa nibil insani aut absurdæ in se contineret.

## §. XXII.

- c) Quæst. Medic. Legal. Lib. II. Tit. I. Quæst. 2. n. 3. p. m. 6.
- d) Loco superius citato p. 329. n. 27, 28, 29.
- e) In consultationibus Iuris Tom. II. lenae 1715. editis consultat. 60. n. 15. p. 221. in verbis: Insomderheit aber diejenige Menschen, so nicht eben hurtigen, sondern langsamem Verstandes, auch dumum und einfältig seyn, obtusi seil. et substupidi, nicht eben für Verstandlos und als ob sie gar keinen Verstand wie dementes hätten zu achten.
- f) loc. citat. n. 30.

## §. XXII.

*Stupidum mente captae stupratorem ex rigore Constitutionis nostrae puniendum esse, ex praemissis, cum mentis compos habeatur, luculenter pater.* Verba enim Constitutionis Saxonicae, wahnwitzig, sinnlos, non diminutum et tardum ingenium vel iudicium denotant, sed totam mentis captionem, sive rationis absentiam, et carentiam indigitant, quae tamen de stupidis dici non potest. Hinc etiam, cum paucis abhinc annis G. O. homo ex medicorum testimonio tardi ac obtusus ingenii ac iudicii M. R. M. puellam plane mente captam se stuprasse fassus eset, a SCABINIS LIPSIENSIBVS a) sententia sequentem in modum fuit concepta: Dass G. O. der an M. R. M. als eis-  
ver armen gebrechlichen, und ganz albernen ledigen Weibes-Person verübst Unzucht halber, gestalten Sachen nach, und in Ansichtung, dass auch bey ihm dießfalls einiger Mans gel, bey dem er aber doch, was er thun und lassen soll, zte überlegen nicht ungeschickt ist, sich ereignet, mit Ruthen im Gefängniß ziemlicher Weise zu züchtigen, auch zu Entrichung derer Gerichts-Expensen pro rata, und so viel er daran verursacht, anzuhalten. Immaßen er auch ernannter M. nach Anleitung der Churfürstl. Sächs. Constitution 26 Part. IV. zu wöchentlichen Unterhalt auf Lebenszeit 10. Gr. zu reichen, so wohl die auf diesen Proces gewendeten Unkosten zu erstatten schuldig. Aequitati quippe erat maxime conueniens, illi relegationem remittere, qui sine Curatore viuere non posset. Eadem superius allegata ex ratione stupratorem stupi-  
dae poena dictae constitutionis, non ad stupidam sed mente ca-

*Stupidus v.  
stolidus men-  
te captae si  
prator subi-  
cer Constitu-  
tioni Saxon-  
iae, et poen-  
ibidem stat-  
tae, licet i-  
terdum min-  
getur.*

*Nec locum ha-  
bet poena Con-  
stitutionis ra-  
tione stupra-  
toris, si stupi-  
da fuerit stu-  
ptam pro committita-  
lata.*

E

a) Ment. Octobr. 1725.



ptam quadrantis afficiendum non putarem; interim tamen non diffiteor, grauiori quam ordinaria stupri poena animaduerri posse in stupratorem *stupidae*, et huc bene HENRIC. BROVWERI b) verba esse applicanda, si *dolus improbior causam dederit stupri*, aliud nefas illud comitetur, quod grande nefas in tali stupro cum tam miserabilis persona omnino exinde adesse appetet, ad duriorem ordinaria poenam esse deueniendum. Non tamen ex tenore huius Constitutionis Saxonicae stupratorem *stupidae* vel perpetua alimenterorum pœfatione, vel fustigatione pœctendum existimare, cum haec poena illi, qui mente *captæ* stuprum infert posita, licet aliis modis haec poena exasperari queat.

## §. XXIII.

*si stupiditas  
soliditas  
mutat, ut  
potius ad de-  
centiam sit  
ferenda.*

At enim vero, licet *stupidos*, qui non omni ratione carent, breui ante ordinariae poenae, parua addita mitigatione, subiacere adstruxerimus: non tamen illud ad omnes, *Stupidorum* nomine venientes, volumus extensum. Datur enim, ut quotidiana docet experientia, aliud adhuc hominum genus, quod eriam *stupidorum* vel *solidorum* nomine vocatur, in quibus exiguum sanac mentis sensum, paucis exceptis astibus, inuenies, adeoque mancum iudicium, ut potius mente *captis* adscribendi. Annotat, ut soler, terse ac eruditus ad Artic. 179. Nemeos Carolinae a) IOH. PAVL. KRESSIVS a ICtorum Ordine Academiae Iuliane

b) De iure connubior. Lib. I, cap. 26. n. 17. 18. p. m. 271. et 272. et ibi citatus ANDREAS ALCIATVS, *Paradoxor. Lib. V.* cap. 10. p. m. 109. In *Operibus* Francof. 1617. editis.

a) In *commentatione* ad constitut. criminal. Caroli V. p. m. 434. seqq. Edit. Hannover. 1721.

liae ad Casum 1718. M. Aug. propositum *infanticidium commissum a maxime stupida matre concernentem*, fuisse tunc ab ordinaria poena recessum, propterea, *quod magis ad mente captos quam ad stupidos homines visa fuerit referenda*. Interm tamen non sine omni poena esse voluerunt modo laudati ICTI hanc cras *stupidam*, quae si plene *captis mente annumeranda* fuisset, extra omnem mansisset, cum satis iam punita miseria sua, et ne *afflito vltior addatur afflito*, vt loquitur CARPZOVIUS. b) Sed omissa suffocationis poena in aqua vel gladii, ob *stupiditatem malitiam illius, quae cum malitia infantum et tantum non bestiarum conueniebat*, vt modo cum laude allegatus dicit KR ESSI VS c) dolore aliquo, virgarum castigatione coercendam esse, per vnanimia apud inclutum Academiae Iuliae ICTorum ordinem concludebatur. Hinc etiam qui huius generis *stupidam* vel potius *mente captam* vocandam, comprimit, merito ex lege nostra propter maximam puellae miseriā, et deficiente eiusdem in delictum consensum, accedentemque dolum stupratoris atque effrenatam malitiā teneri credimus. Tantum.

b) In criminal. Part. III. Quaest. 145. n. 18.  
c) loc. citat. sub n. 8. p. m. 435.










Leipzig, Diss; 1734

f

5b,




VD 18



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-790476-p0046-7

DFG



B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

SERTATIO 1734, 24<sup>a</sup>  
DEV P R O  
T E C A P T A M  
M M I S S O

Q V A M

E C T O R V M O R D I N I S  
S I S C O N S E N S V

E D I T O R V M E X A M I N I

S I S T I T

U S G O T T O F R E D V S  
H M I D I V S

O N D E N T E

G e b r e c h t S t e i n b a c h ,  
T I S B V R G . M I S N .

V. M A I I M D C C C X X I V .

L A N G E N H E M I A N A .